

## AMMONIUS

PRESBYTER ALEXANDRINUS.

## NOTITIA.

(FABRIC. *Bibl. Græc.* edit. Harless, V, 722.)

Ammonius, Ecclesiæ Alexandrinæ presbyter et œconomus, a. Chr. 458 subscripsit epistolæ episcoporum Ægypti ad Leonem imp. pro defensione concilii Chalcedonensis. Hic est Ammonius presbyter de quo hæc ex Mich. Glycæ epistola 56 affert Allatius De libris ecclesiasticis Græcorum, pag. 325: Ἐπιβεβαίωται δὲ ταῦτα καὶ ὁ πρεσβύτερος Ἀμμώνιος λέγων, ὅτι τοῦ Χριστοῦ κατελθόντος εἰς ἄδην αἱ ψυχὰι πάσαι, αὐτῇ ἢ τοῦ Ἰούδα τῶν δεισμῶν ἀπελύθησαν. Idem esse videtur Francisco Combefisio in *Bibl. Concionatoria*, cujus multæ in Catenis ad N. T. (Joannem præsertim) occurrunt symbolæ, in quibus Cyrillum et Chrysostomum videtur sublegisse. Confer etiam Rich. Simonis lib. III *Hist. criticæ N. T.*, p. 410. Anastasio Sinaitæ in *Hodego*, p. 278, dicitur ὁ περὶ πάντα πολυπειρότατος τῶν ἐξηγητῶν Ἀμμώνιος ὁ Ἀλεξανδρεὺς, et contra Julianum Halicarnasseum Eutychianæ hæreseos antesignatum, scripsisse cognoscitur etiam ex pag. 266. Atque p. 284, ante verba ἔστι γοῦν τὸ παρ' αὐτοῖς τοῖς τῆς συνόδου Χαλκηδόνος ἐπιμενομένοις, in MS. Casareo CCCVI. teste Nesselio (1) legitur: Ἀμμωνίου πρεσβυτέρου Ἀλεξανδρείας ἐκ τοῦ πρὸς τῆς αἰρέσεως Εὐτυχοῦς καὶ Διοσκόρου. Eundem esse putat doctissimus Caveus, qui in Nicetæ Catena in Psalmos citatur sub nomine Ammonii junioris (2), et ex cujus ἐρμηνεία τῶν Πράξεων fragmentum MS. memorat Lambecius lib. V, p. 154. [pag. 325 edit. Kollar. it. in cod. Medic. Laurent. cod. IV, plut. 5, n. 2, teste Bandin. I, p. 98.] Commentarium hujus Ammonii, probatissimi Ecclesiæ Alexandrinæ ἐξηγητοῦ, in Hexaameron e SS. Patrum et Cyrilli maxime scriptis concinnatum, laudat idem Anastasius Præfatione Anagogicarum suarum in Hexaameron contemplationum.

(1) Aut Lambecio comm. vol. V, col. 268; item in cod. reg. Taurin. vid. catalog. codd. Gr. pag. 298, cod. CC. nr. 49. HARL.

(2) Vid. n. 7, et sub nomine Ammonii junioris citat Lambecius, (ut ibid. notavi). In cod. V, plut. 6, n. IV, biblioth. Medic. Laurent. (vid. Bandin. cat. codd. Gr. I, pag. 101 seq.) est catena quorundam interpr. in VII epistolas canonicas: in qua memoratur quoque Ammonius presbyter. — It. in Catena ad Danielelem, et in quatuor evangelistas. vid. Bandin. l. c. pag. 21 et 461, adde Fabric. *B. Gr.* VII, pag. 764, et pag. 790, de cod. Oxoniensi, in quo est catena in Acta et epistolas catholicas, et in illa symbolæ Ammonii. — In cod. Coisliniano VIII et XXV est Severi Antiocheni epistola ad Ammonium presbyterum (ἐκ τῆς πρὸς Ἀμμώνιον πρεσβύτερον,) teste Montfaucon in *Biblioth. Coislin.* pag. 55, n. 2 et 29, sed posteriore loco is observat, in Regio cod. legi ad Ammonium scholasticum, qui illi videtur alius esse ab Ammonio presbytero. Ibid.

pag. 56, n. 37, ejusdem Severi epistola ad Ammonium et Petrum in cod. Coislin. LXXXI, memoratur. — Cod. Coislin. XXV, sæc. X, complectitur Acta apostolorum et epistolas catholicas cum commentariis, ex Chrysostomo aliisque Patribus et auctoribus collectis in ordinemque digestis ab Andrea presbytero. In illis frequentissime occurrit nomen Ammonii, semel memorato libro vel libri parte cui titulus Παραγραφή; et Montfaucon, l. c. 76, ponit fragmenti initium, in quo respondet Ammonius Casario scholastico interroganti, affirmans, cum descendisset Jesus ad inferos, omnium animorum vincula esse soluta. Secus sentit Severus Antiochenus in epistola ad Ammonium. (ibid. pag. 77.) Cum vero Severus ille Antiochenus vixisset a. Chr. 512, a quo anno episcopus Antiochenus factus est, (vid. Saxii *Onom.* II, pag. 47, et Fabric. *B. Gr.* vol. IX, pag. 343) sequitur, ut Ammonius ille presbyter aut scholasticus, ad quem scripsit Severus, diversus sit ab eo de quo hic egit Fabric. HARL.

## AMMONII ALEXANDRINI

## COMMENTARIORUM IN VETUS ET NOVUM TESTAMENTUM

QUÆ SUPERSUNT.

## FRAGMENTA IN PSALMOS.

(Ex Catena Corderii, in Psalmos, t. I.)

δ'. « Σὺ δὲ Κύριε, ἀντιλήπτωρ μου εἶ, δόξα μου, καὶ ὑψῶν τὴν κεφαλὴν μου. »

PSAL. III, VERS. 4. « Tu autem, Domine, susceptor meus es, gloria mea, et exaltans caput meum. »

Primum quidem ait esse Deum susceptorem suum, A deinde gloriam, denique exaltantem caput. Susceptor quidem est, ut liberetur a multis tribulantibus et circumdantibus eum. Deinde vero post susceptorum est gloria: nam primum Deus suscipit, deinde glorificat, ac tandem exaltat caput ejus quem glorificavit.

VERS. 7. «Non timebo millia populi circumdantis me.»

Nam hominum salutem tanquam benignus Salvator et Rex subditis propitius, propriam arbitratur.

VERS. 8. «Quoniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa.»

Percussit quidem adversantes, peccatorum vero dentes contrivit; illos quidem ut iterum sanet: B *Ego* (enim, inquit) *percutiam, et iterum sanabo*. Dentes autem peccatorum; id est, pravos, sermones, et carnivoras actiones contrivit, penitus eas abolere cupiens. Fortassis vero etiam eosdem appellavit adversarios et peccatores: siquidem Christo adversantur omnes quidem peccatores, sed præcipue Judæi propter infidelitatem, quorum dentes contrivit; illos nempe dentes de quibus in alio Psalmo ait: *Qui devorant plebem meam in escam panis, Dominum non invocaverunt*<sup>1</sup>. Hos enim dentes, id est subdolos sermones Judæorum, penitus contrivit, quando a mortuis resurrexit.

VERS. 9. «Domini est salus, et super populum tuum benedictio tua.»

Quod illi nomen erat, hoc et res: *Et vocabis nomen ejus Jesum*<sup>2</sup>.

Πρῶτον μὲν φησιν εἶναι τὸν Θεὸν ἀντιλήπτορα αὐτοῦ, ἔπειτα δόξαν, ἔπειτα ὑψοῦντα τὴν κεφαλὴν. Ἀντιλήπτωρ μὲν ἐστὶ, ἵνα ῥύσῃται ἀπὸ πολλῶν θλιβόντων καὶ ἐπανισταμένων. Ἐξῆς δὲ τῷ ἀντιλήπτορι ἡ δόξα ἐστὶ· πρότερον γὰρ ἀντιλαμβάνεται ὁ Θεὸς, εἶτα δοξάζει, καὶ ἐξῆς ὑψοῖ τοῦ δεδοξασμένου τὴν κεφαλὴν.

ζ'. «Ὁὐ φοβηθήσομαι ἀπὸ μυριάδων λαοῦ τῶν κύκλῳ ἐπιτιθεμένων μοι.»

Τὴν γὰρ τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαν, ὡς Σωτὴρ ἀγαθὸς καὶ Βασιλεὺς φειδόμενος τῶν ὑπὸ κήλων, οἰκείαν ὀρίζεται.

η'. «Ὅτι σὺ ἐπάταξας πάντας τοὺς ἐχθροίνοντάς μοι ματαίως.»

Τοὺς μὲν ἐχθροίνοντας ἐπάταξε, τοὺς δὲ τῶν ἀμαρτωλῶν ὀδόντας συνέτριψε, τοὺς μὲν ὥστε πάλιν ἰάσασθαι· Ἐγὼ γὰρ, φησὶ, πατάξω, καὶ πάλιν ἰάσομαι, τοὺς δὲ τῶν ἀμαρτωλῶν ὀδόντας, τουτέστι τοὺς πονηροὺς λόγους, καὶ τὰς σαρκόδροους πράξεις συνέτριψεν, εἰς τὸ παντελῆς ἀφανίσει βουλόμενος. Τάχα δὲ τοὺς αὐτοὺς ἐχθροὺς καὶ ἀμαρτωλοὺς ἐκάλεσεν. Ἐχθροίνουσιν γὰρ τῷ Χριστῷ πάντες μὲν ἀμαρτωλοὶ, Ἰουδαίων δὲ παῖδες διὰ τὴν ἀπιστίαν ἐξαιρέτως, ὧν τοὺς ὀδόντας συνέτριψεν· ὀδόντας ἐκείνους οὖς αὐτὸς ἐν ἑτέρῳ Ψαλμῷ ἔλεγεν· *Οἱ ἐσθίουντες τὸν λαόν μου ἐν βρώσει ἄρτου, τὸν Κύριον οὐκ ἐπεκαλέσαντο*. Τούτους γὰρ τοὺς ὀδόντας, τουτέστι τοὺς τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀπάτης λόγους, συνέτριψε παντελῶς ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς.

θ'. «Τοῦ Κυρίου ἡ σωτηρία, καὶ ἐπὶ τὸν λαόν σου ἡ εὐλογία σου.»

Ὅπερ ἦν αὐτῷ ὄνομα, τοῦτο καὶ πρᾶγμα, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν.

## FRAGMENTA IN DANIELEM.

(ANG. MAI, vet. script. Bibl. t. I, p. III, col. 28 seq.)

### CAP. XIII.

VERS. 1. «Nomen ei Joacim.»

Hic rex Judæ a Nabuchodonosore in Babylonem captivus abductus est.

VERS. 5. «Qui videbantur gubernare.»

Optime dixit, *videbantur*, nam visi sunt gubernatores; at vero eorum qui ipsis obsequabantur, animas naufragiis immerserunt.

VERS. 6. «Manebant in domo.»

Quia in honore erant apud Judæos, non recesserunt a domo uti quidam præfecti sæculares. D

VERS. 8. «Conspiciebant eam.»

Presbyteros enim casta non fugiebat.

VERS. 29. «Chelciæ filiam quæ est uxor Joacimi.»

Cum erga omnes impudenter se gererent, et Joacimum virum apud Judæos celebrem, et Chelciam justum calumniabantur dicentes, immerito eos in honore haberi, hunc qui talem uxorem, illum qui talem filiam haberet.

VERS. 30. «Venit,» etc.

Propterea omnes venerunt ut testimonium fer-

<sup>1</sup> Psal. XIII. 1. <sup>2</sup> Luc. I, 51.

### ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

«Ὄνομα αὐτῷ Ἰωακείμ.»

Ὁὗτος βασιλεὺς ὧν τοῦ Ἰούδα ἐλήφθη αἰχμάλωτος εἰς Βαβυλῶνα ὑπὸ Ναβουχοδονόσορ.

«Ὁὶ ἐδόκουν κυβερνᾶν.»

Καλῶς εἶπε τὸ ἐδόκουν· ἐφαίνοντο γὰρ κυβερνῆται, καὶ εἰς ναυάγια ἐποιοῦν ἐμπεσεῖν τὰς ψυχὰς τῶν αὐτοῖς πειθόμενων.

«Προσεκαρτέρουν ἐν τῇ οἰκίᾳ.»

Διὰ τὸ τιμᾶσθαι παρὰ τῶν Ἰουδαίων, οὐκ ἀφίσταντο τοῦ οἴκου καθὰ τινες ἄρχοντες κοσμικοὶ.

«Ἐθεώρουν αὐτήν.»

Ὡς γὰρ πρεσβυτέρους ἢ σώφρων οὐχ ὑπεστέλλετο.

«Θυγατέρα Χελκίου ἢ ἐστὶ γυνὴ Ἰωακείμ.»

Καὶ εἰς πάντας ἀναισχυντοῦντες, καὶ τὸν εὐδοξον παρὰ Ἰουδαίοις ἄνδρα τὸν Ἰωακείμ καὶ τὸν δίκαιον Χελκίαν διέσυρον, ὅτι εἰς μάτην αὐτοὶ τιμῶνται, ὁ μὲν ὡς ἔχων τοιαύτην γυναῖκα, ὁ δὲ θυγατέρα.

«Ἦλθεν,» κ. τ. λ.

Διὰ τοῦτο πάντες ἦλθον, ἵνα μαρτυρήσωσιν ὅτι